



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

CII. Das Kloster Diesdorf verschreibt zwei Conventualinnen, den Geschwistern Wolters, die Geld zum Ankauf von Künsebeck hergegeben, eine Rente aus diesem Dorfe auf Lebenszeit, am 25. November 1350.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

indubie presententur In amniculum reficiendi dominas nostras sequenti die pasche, qua Cantatur Introduxit et cetera. In cuius rei testimonium presens hec littera sigillis nostri conuentus fistit solidata. Datum anno domini M^o. CCC^o. quinquagesimo, Ipso die beate Katerine virginis gloriose.

CII. Das Kloster Diesdorf verschreibt zwei Conventualinnen, den Geschwistern Wolters, die Geld zum Ankauf von Rutenbeck hergegeben, eine Rente aus diesem Dorfe auf Lebenszeit, am 25. November 1350.

Nos olricus prepositus, Mechtlydis Priorissa Totusque Conuentus sanctemonialium in Dyldorpe vniuersis tenore presentium lucidius protestamur, Quod pro septem marcis denariorum cum quinque solidis et VII denariis, expositis et in emptionem ville Rutenbeke conuersis, vendidimus nobis in christo dilectis, videlicet Beatrici et Ghertrudi sororibus dictis wolteres nostris commonialibus, vnam marciam denariorum ad ipsarum vitam annis singulis in festo Beati Martini ex prouentibus totius ville deriuantibus percipiendo sustulendas, Ita tamen, quod vltima superuiuens dictam marcam redditus sine diminutione percipiet sicut ambe; sed ambabus mortuis cedere debeat ad officium karitatis, ita quod domina, que preest officio, debet cum illa marca procurare ceruissiam, quantum potest, et in die Jacobi maioris conuentui dictam ceruissiam impertiri iugiter commanendo. In Cuius facti testimonium sigilla nostra presenti littere sunt appensa. Datum Anno domini M^o. CCC^o. Quinquagesimo, in festo Beate katerini virginis gloriose.

CIII. Werner, Wolrad und Conrad von Boldensen entsagen gegen eine Rente ihren Ansprüchen auf den Hof Tro zu Gunsten des Klosters Diesdorf, am 19. Juni 1351.

Nos wernerus, uulradus et Conradus fratres, filii quondam domini weneri Militis dicti de Boldensen pie memorie, tenore presencium recognoscimus publice et testamur, Quod libera voluntate ac Communi consensu omnium nostrorum heredum vel fucefforum, quorum interest vel interesse poterit quomodolibet in futurum, renuntiauimus et in presentibus renuntiamus omni petitioni a nobis facte hucusque Curie Tro, dictam curiam resignantes Domino olrico preposito, Methildi priorisse Totique Conuentui sanctimonialium in Dyldorpe pro vno Choro brafei triticei cum omnibus suis prouentibus ac attinenciis vniuersis, sicut in litteris super dictam Curiam a nobis prius datis lucide protestamur, quiete et pacifice possidendam, Eciam quemcunque colonum prefatus prepositus Dominus olricus, Methildis priorissa seu sanctimoniales in Dyldorpe super pretactam Curiam locauerint, in omnibus promouentes, eundem colonum nullatenus impediendo, quod